

1570 eo necessaria oblata opportunitate , obtorpuerimus , quod bellum adversus Christi hostes laceſſiti , ac impetiti detrectaverimus ? An Selymum regio nomine ac fastu tumidum , otio ac libidini de- ditum , nullisque regiis virtutibus ornatum , claſſe , quam modo Helleſponto , neque numero , neque robore ſatis inſtructam emiſit , impune ſpretis Christianorum viribus , per orientis maria graſſari patiemur , jamque ante victoriā de Cypro triumphum canere ? Quis enim ignorat , ea iſula amissa , omnem ſpem in posterum Sanctissimi Servatoris noſtri ſepulchri recuperandi ſublatum iri ? E contra ex facili inde in Syriam transitu (niſi prorsus in christianorum Principum pectoribus priſcae virtutis ſemina extincta ſint) fortassis aliquando futurum , ut religioſe vetuſtatis exempla renoventur . Cunctis itaque nervis eniten- dum , ut mutuo foedere Philippus , ac Veneti conjungantur : id ſi , ut ſperandum videtur , ex voto evenerit , Cæſarem , Re- ges , ac reliquos christiana reipublicæ dynastas invitandoſ . Neque porro quid multorum sermonibus circumferatur nesci- re , tempus tantis rebus perficiendis nimium maturum eſſe , foedere etiam inito , nihil eorum , quæ decreta ſint , hoc anno confici poſſe . Haud ſane diſſiteri , tantas res , ingentia adeo molimina tempore egere : attamen eos Hispanorum , Veneto- rumque apparatus eſſe , ut cum hoſte pugnare , atque victoria potiri , dummodo expedita conſilia capiantur , haud difficile ſit . Cunctatione igitur remota , alacriter , ac ſtrenue agendum , neque Dei Optimi maximi cauſam , ſi pietas , ſi religio , ſi pu- dor ingenuos ac pios animos accendit , deserendam eſſe . Quod ſi ipſemet aliquatenus uſui in gravifimo hoc bello poſſet , libenter claſſem conſensurum , ac pro Dei gloria , pro christia- nae reipublicæ utilitate , ac dignitate mortem quoque iſam op- petiturum .

His in hanc ſententiam diſtiſ , cum aliquantis per ſubſtituſi- ſet , Cupere ſe (inquit) quæ Patrum ſententia ac voluntas in re gravifima , ſit , ut nil , niſi communi conſenſu decernatur , intelligere . Tunc plerique Cardinalium Pium ſummis laudi- bus extollere ; per ſe incenſum magis inflammarē , hortari ; quidquid virium pontificiæ ditiones obtineant , id totum ad Venetos juvandos promptiſſime conferat ; literis , ac nuntiis Christianos Principes , ne Reipublicæ defiſt , roget , obteſte- tur ;